

In manus tuas, Domine, Commendo spiritum meum.

v. Custodi nos, Domine, ut pupillam oculi.

R. Sub umbrâ alarum tuarum protege nos.

Ant. Salva nos.

CANTIQUE DE S. SIMEON. *Luc. 1.*

Nunc dimittis servum tuum, Domine: secundum verbum tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei Salutare tuum.

Quod parasti: ante faciem omnium populorum.

Lumen ad revelationem gentium: & gloriam plebis tuæ Israël.

Gloria Patri, &c.

Ant. Salva nos, Domine, vigilantes: custodi nos dormientes, ut vigilemus; cum Christo, et requiescamus in pace.

ORATION.

Visita, quaesumus, Domine habitationem istam, et omnes insidias inimici ab ea longè repelle: Angeli